



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 16. Literæ Pontificis ad Patriarcham Alexandrinum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII. *nensi modestiæ leges servate, paucis con-*  
A. C. 1213. *tenti estote, ampla proficiscentibus non*  
*fit familia, non enim hic captandæ sunt*  
*hominum laudes, sed eorum salus qua-*  
*renda. Omnia Capitula tam Cathedra-*  
*lium quam aliarum Ecclesiarum Lega-*  
*tos ad Concilium mittant, quia de rebus*  
*agendum est, quæ ad ipsos spectatim*  
*pertinent. Interea & propria vestra*  
*industria & opera aliorum inquirent*  
*in omnia, quæ remedio indigent, &*  
*præparatos Commentarios ad Synodum*  
*afferte.*

Hæc Bulla ad totum orbem Chri-  
 stianum missa est. Ad Archiepiscopos  
 cujuscunque Provinciæ Ecclesiasticæ,  
 quin etiam ad Catholicum Armeniæ,  
 & Archiepiscopum Maronitarum, tum  
 ad Henricum Imperatorem Constanti-  
 nopolitanum, ad Regem Franciæ, Reges  
 Hispaniæ, omnes Reges Christianam Re-  
 ligionem profitentes directæ, cunctos  
 incitabat; Legatos cum mandatis ad  
 Concilium mitterent. Tandem etiam  
 ad Templarios & Hospitalarios, ad Ab-  
 batem & Ordinem Cisterciensem ac Pra-  
 monstratensem data.

§. XVI.

*Literæ Pontificis ad Patriarcham*  
*Alexandrinum.*

16. ep. 34. *Scriptit quoque Innocentius Papa Pa-*  
*triar.*

sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

triarchæ Alexandrino, qui ad eum non nullas dederat Epistolas, devotionem in Ecclesiam Romanam professus. Conso-  
latur afflictum Papa in ærumnis suis, ut-  
pote sub jugo Infidelium degentem, at-  
que invitat; ipse ad Concilium veniret,  
vel saltem Nuncium mitteret. Patriar-  
cha Alexandrinus, ad quem dirigitur  
hæc Epistola, Melchita fuerit, nam Jaco-  
bica Latinos pro Hæreticis habebant.  
Melchita vero iste, anno millesimo du-  
centesimo undecimo, Innocentio Papæ  
scripserat, ad impetrandum ejus præsi-  
dium captivis Christianis Alexandria  
& Cauri fatiscientibus. Rogaverat, ut  
eos libertati restitui curaret, atque hunc  
in finem ad Equites Templi & Hospitii,  
ad Reges Principesque Orientis literas  
daret. Laudavit Papa solitudinem  
paternam, qua miseros captivos fove-  
bat, monuit vero, non nullos eorum se  
se tam gravibus inquinare flagitiis, ut  
non modo Dei Misericordia indigni vi-  
derentur, sed etiam Christianorum Re-  
ligionem oculis Infidelium efficerent  
horrendam. Literis deinde ad S. Al-  
bertum Patriarcham Hierosolymitanum,  
Legatum suum, datis Papa exposuit, in  
quanto periculo a fide deficiendi captivi  
illi versarentur, cum ad eos perverten-  
tos Saraceni jam diu tormenta adhibe-  
rent, etsi jure merito postularent Chri-  
stiani,

T 2

stiani,

Sæcul. XIII.  
A. C 1213.

ftiani, similia Dominis suis obsequia præstantes, eadem mansuetudine, qua Saraceni in captivitate Christianorum, haberi. Tum præcepit Papa Patriarchæ, omnibus viribus conaretur, Equites Templi & Hospitii, Reges Principesque permovere, ut tam pio operi incumbèrent, ac libertatem captis Christianis vel permutatione vel quacunque alia via impetrarent. Ambæ Epistolæ mense Januario anno millesimo ducentesimo duodecimo datæ sunt.

## §. XVII.

*Bulla de Bello sacro.*

Innocentius Papa Roma digressus, mense Junio, anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Viterbium petiit, ubi Bullam generalem de Bello sacro promulgavit, in hunc ferme modum:

16. ep. 28.

*Quandoquidem Christianos, in Terra sancta degentes, nunquam alias ac bodie graviores presserunt angustia, nec unquam major spes victoria nobis affulsit, clamores nostros repetimus. Eja Christiani! accingimini ad sanctum hoc bellum non solum Jesu Christi, sed etiam Fratrum vestrorum in captivitate & vinculis inter Infideles gementium amore Speramus, Mahometis potentiam hereticam esse conterendam, cum sit illa Bestia Apocalypica, de qua legimus: & numerus*

Apo. 13. 18.